



Hipertus apud Belgas natus est anno circiter millesimo quingentesimo decimo septimo. Is cum prima artium & linguarum principia apud suos didicisset, amore literarum ad exteris nationes peruenit, & in uarijs Academijs sese egregie exercuit. In primis uero Philosophiae & Medicinae operam dedit, & in his scientijs adeo profecit, ut Doctoris nomen adeptus magna laude inter Medicos ageret. Id cum proceres scholae Parisiensis cognouissent, eum inter professores adoptarunt, atque meliores literas explicare iusserunt. quod quidem ipse cum laude aliquandiu praestit. Inde Coloniam rediit, atque ibidem Medicinam publice docuit, & ipsam artem inter ciues exercuit. Itaque factum ut sua eruditione, & in rebus agendis dexteritate, omnium bonorum amicitiam conciliarit. In eo loco adhuc degit, & Coloniensi Academię ornamento existit. Anon.

**H**ipertus apud Belgas natus est anno circiter millesimo quingentesimo decimo septimo. Is cum prima artium & linguarum principia apud suos didicisset, amore literarum ad exteris nationes peruenit, & in uarijs Academijs sese egregie exercuit. In primis uero Philosophiae & Medicinae operam dedit, & in his scientijs adeo profecit, ut Doctoris nomen adeptus magna laude inter Medicos ageret. Id cum proceres scholae Parisiensis cognouissent, eum inter professores adoptarunt, atque meliores literas explicare iusserunt. quod quidem ipse cum laude aliquandiu praestit. Inde Coloniam rediit, atque ibidem Medicinam publice docuit, & ipsam artem inter ciues exercuit. Itaque factum ut sua eruditione, & in rebus agendis dexteritate, omnium bonorum amicitiam conciliarit. In eo loco adhuc degit, & Coloniensi Academię ornamento existit. Anon.